legem dicimus, eam ille dicit voluptati. Iubet illam parere  
naturae; parum est autem luxuriae quod naturae satis est.  
(2) Quid ergo est? Ille, quisquis desidiosum otium et gulae  
ac libidinis vices felicitatem vocat, bonum malae rei quae-  
rit auctorem et, cum illo venit blando nomine inductus,  
sequitur voluptatem non quam audit sed quam attulit, et  
vitia sua cum coepit putare similia praeceptis, indulget illis  
non timide nec obscure, luxuriatur etiam inde aperto  
capite. Itaque non dicam quod plerique nostrorum, sectam  
Epicuri flagitiorum magistram esse, sed illud dico: male  
audit, infamis est. (3) ‘At inmerito.’ Hoc scire qui potest  
nisi interius admissus? frons eius ipsa dat locum fabulae et

Meinung –, sondern auf den bloßen Namen hin eilen sie herbei, weil sie für ihre Begierden irgendeinen Schutz und Deckmantel suchen. (5) Und so verlieren sie das einzige Gut, das sie unter ihren Übeln besaßen: die Scham zu sündigen; denn sie preisen das, worüber sie erröteten, und rühmen sich des Lasters; und deswegen können sich die jungen Leute nicht einmal wiederaufraffen, wenn nämlich dem schändlichen Müßiggang ein ehrenvoller Name zuteilgeworden ist. Das ist der Grund, warum dieses Lob der Lust unheilvoll ist: weil die sittlichen Vorschriften im Inneren verborgen bleiben, das, was Verderben stiftet, offen in Erscheinung tritt. 13 (1) Tatsächlich bin ich für meine Person der Meinung – und ich sage das wohl zum Unwillen unserer Genossen –, dass Epikur sittlich Einwandfreies und Richtiges vorschreibt und, wenn man näher zusieht, sogar Freudloses; denn jene Lust wird auf ein geringes und dürftiges Maß zurückgenommen, und das Gesetz, das wir der Tugend auferlegen, erlegt er der Lust auf: Er heißt sie der Natur gehorchen; zu wenig ist aber der Genusssucht, was der Natur genug ist. (2) Wie also steht es? Jeder, der untätige Muße und den Wechsel von Schlemmerei und Begierde Glückseligkeit nennt, sucht für eine schlechte Sache einen guten Gewährsmann, und wenn er durch den schmeichelnden Namen verführt dorthin gelangt ist, dann geht er der Lust nach: nicht der, von der er hört, sondern der, die er mitgebracht hat, und nachdem er begonnen hat zu glauben, seine Laster entsprächen den Vorschriften, gibt er ihnen ohne Furcht und Heimlichkeit nach, ja lebt dann der Schwelgerei sogar ganz offen. Deswegen werde ich nicht sagen, was die meisten der Unseren sagen: die Sekte Epikurs sei eine Lehrerin von Schändlichkeiten, sondern ich sage Folgendes: Man spricht schlecht über sie, sie steht in schlechtem Ruf. (3) »Aber unverdienterweise.« Wer kann das wissen, außer wenn er ins Innere zugelassen wurde? Ihr Äußeres selbst gibt Veranlassung zum Gerede und regt zu übler Hoff-

ad malam spem inritat. Hoc tale est quale vir fortis stolam indutus: constat tibi pudicitia, virilitas salva est, nulli corpus tuum turpi patientiae vacat, sed in manu tympanum est. Titulus itaque honestus eligatur et inscriptio ipsa excitans animum: quae stat, invenerunt vitia. (4) Quisquis ad virtutem accessit, dedit generosae indolis specimen: qui voluptatem sequitur videtur enervis, fractus, degenerans viro, perventurus in turpia nisi aliquis distinxerit illi voluptates, ut sciat quae ex eis intra naturale desiderium resistant, quae praeceps ferantur infinitaeque sint et quo magis implentur eo magis inexplebiles.

(5) Agedum, virtus antecedit, tutum erit omne vestigium. Et voluptas nocet nimia: in virtute non est verendum ne quid nimium sit, quia in ipsa est modus; non est bonum quod magnitudine laborat sua. Rationalem porro sortitis naturam quae melius res quam ratio proponitur? Et si placet ista iunctura, si hoc placet ad beatam vitam ire comitatu, virtus antecedit, comitetur voluptas et circa corpus ut umbra versetur: virtutem quidem, excelsissimam dominam, voluptati tradere ancillam nihil magnum animo capientis est. 14 (1) Prima virtus eat, haec ferat signa: habebimus nihilominus voluptatem, sed domini eius et temperatores erimus; aliquid nos exorabit, nihil coget. At ei qui voluptati tradidere principia utroque caruere; virtutem enim amittunt, ceterum non ipsi voluptatem, sed ipsos vo-

nung an. Das ist so etwas wie ein tapferer Mann, der ein Frauengewand trägt: Dein Gefühl für Anstand ist unwandelbar, dein mannhaftes Wesen ist unversehrt, dein Körper ist zu keiner schändlichen Nachgiebigkeit bereit, aber in deiner Hand ist das Tamburin.<sup>7</sup> Daher soll man eine ehrenvolle Bezeichnung wählen und eine Aufschrift, die schon von selbst die Seele aufrichtet; die, die jetzt dasteht, haben die Laster erfunden. (4) Wer immer auf die Seite der Tugend getreten ist, hat eine Probe seiner edlen Anlage gegeben; wer der Lust folgt, erscheint kraftlos, gebrochen, seiner Männlichkeit entfremdet, auf dem Weg in Schändlichkeiten, wenn ihm nicht jemand die Lüste unterscheiden hilft, so dass er weiß, welche sich im Rahmen eines natürlichen Begehrens halten und welche sich überstürzen und maßlos sind und desto unersättlicher, je mehr man ihnen Sättigung verschafft.

(5) Wohlan denn, die Tugend gehe voran; jeder Schritt wird sicher sein. Und Lust im Übermaß schadet; bei der Tugend ist nicht zu befürchten, dass es irgendein Übermaß gibt, weil ihr selbst Maß innewohnt; kein Gut aber ist, was an seiner Größe leidet. Ferner: Was kann denjenigen, denen eine vernünftige Natur zuteilgeworden ist, Besseres vor Augen gestellt werden als die Vernunft? Und wenn diese Verbindung gefällt, wenn es gefällt, in dieser Begleitung den Weg zum glücklichen Leben zu gehen, dann schreite die Tugend voran, die Lust begleite sie und bewege sich wie der Schatten um den Körper; die Tugend aber, die erhabene Herrin, der Lust als Magd zu übergeben kommt dem zu, der in seinem Geist nichts Großes zu fassen vermag. 14 (1) Im ersten Glied gehe die Tugend, sie trage die Feldzeichen: Wir werden um nichts weniger Lust haben, aber wir werden ihre Herren und Lenker sein; manches wird sie von uns erbitten, zu nichts wird sie uns zwingen. Diejenigen hingegen, die der Lust den Vorrang überlassen haben, haben sich beider Dinge begeben; denn die Tugend verlieren sie, im Übrigen aber haben nicht sie

luptas habet, cuius aut inopia torquentur aut copia strangulantur, miseri si deseruntur ab illa, miseriores si obruuntur; sicut depresi mari Syrtico modo in sicco relinquuntur, modo torrente unda fluctuantur. (2) Evenit autem hoc nimia intemperantia et amore caeco rei; nam mala pro bonis petenti periculosum est adsequi. Ut feras cum labore periculoque venamur et captarum quoque illarum sollicita possessio est – saepe enim laniant dominos – ita habent se magnae voluptates: in magnum malum evasere captaeque cepere; quae quo plures maioresque sunt, eo ille minor ac plurium servus est quem felicem vulgus appellat. (3) Permanere libet in hac etiam nunc huius rei imagine. Quemadmodum qui bestiarum cubilia indagat et

laqueo captare feras

magno aestimat et

latos canibus circumdare saltus,

ut illarum vestigia premat, potiora deserit multisque officii renuntiat, ita qui sectatur voluptatem omnia postponit et primam libertatem negligit ac pro ventre dependit, nec voluptates sibi emit sed se voluptatibus vendit. 15 (1) ‘Quid tamen’ inquit ‘prohibet in unum virtutem voluptatemque confundi et ita effici summum bonum ut idem et honestum et iucundum sit?’ Quia pars honesti non potest esse nisi honestum nec summum bonum habebit sinceritatem suam, si aliquid in se viderit dissimile meliori. (2) Ne gaudium quidem quod ex virtute oritur, quamvis bonum sit, absoluti tamen boni pars est, non magis quam laetitia

selbst die Lust, sondern die Lust hat sie: Entweder werden sie von ihrem Ausbleiben gequält oder von ihrer Fülle erstickt; unglücklich, wenn sie von ihr im Stich gelassen, unglücklicher, wenn sie von ihr überschüttet werden; wie die im Syrtenmeer<sup>8</sup> Festgehaltenen bleiben sie bald auf dem Trockenen liegen, bald werden sie von der tosenden Flut umhergeschleudert. (2) Dies aber geschieht aufgrund allzu großer Unmäßigkeit und blinder Liebe zu einer Sache; denn für den, der Schlechtes anstelle von Gutem erstrebt, ist es gefährlich, es zu erlangen. Wie wir wilde Tiere unter Mühe und Gefahr jagen und auch, wenn sie gefangen sind, ihr Besitz beunruhigend ist – denn oft zerfleischen sie ihre Herren –, so verhält es sich mit den großen Lüsten: Zu einem großen Übel haben sie sich entwickelt, und dadurch, dass sie gefangen worden sind, haben sie gefangen. Je zahlreicher und je größer sie sind, desto kleiner und desto zahlreicheren Herren verklavt ist derjenige, den die Masse glückselig nennt. (3) Ich will hier weiter bei diesem Bild bleiben. Wie derjenige, der die Lager reißender Tiere aufspürt und es schätzt, »mit dem Strick wilde Tiere zu fangen« und »mit Hunden weite Wälder zu umzingeln,«<sup>9</sup> um den Spuren jener Tiere zu folgen, Wichtigeres im Stich lässt und sich von vielen Pflichten lossagt, so stellt, wer der Lust nachjagt, alles hinten und vernachlässigt als Erstes die Freiheit und gibt sie hin um des Bauches willen und kauft doch nicht sich die Lüste, sondern verkauft sich den Lüsten. 15 (1) »Dennoch«, sagt er, »was hindert uns, Tugend und Lust in eins zu verschmelzen und das höchste Gut so zu fassen, dass das sittlich Gute und das Lustvolle dasselbe sind?« Dass Teil des sittlich Guten nur ein sittlich Gutes sein kann und das höchste Gut seine Reinheit nicht behalten wird, wenn es an sich etwas bemerkt, das sich von einem Besseren unterscheidet. (2) Selbst die Freude, die aus der Tugend hervorgeht, ist, mag sie auch gut sein, dennoch nicht Teil des absoluten Guten, ebenso wenig wie Fröhlichkeit und Seelenruhe, mögen sie auch aus

et tranquillitas, quamvis ex pulcherrimis causis nascantur; sunt enim ista bona, sed consequentia summum bonum, non consummantia. (3) Qui vero virtutis voluptatisque societatem facit et ne ex aequo quidem, fragilitate alterius boni quidquid in altero vigoris est hebetat libertatemque illam, ita demum si nihil se pretiosius novit invictam, sub iugum mittit. Nam, quae maxima servitus est, incipit illi opus esse fortuna; sequitur vita anxia, suspiciosa, trepida, casum pavens, temporum suspensa momentis. (4) Non das virtuti fundamentum grave, immobile, sed iubes illam in loco volubili stare; quid autem tam volubile est quam fortuitorum expectatio et corporis rerumque corpus adficiendum varietas? Quomodo hic potest deo parere et quidquid evenit bono animo excipere nec de fato queri casuum suorum benignus interpret, si ad voluptatum dolorumque punctiunculas concutitur? Sed ne patriae quidem bonus tutor aut vindex est nec amicorum propugnator, si ad voluptates vergit. (5) Illo ergo summum bonum escendat unde nulla vi detrahitur, quo neque dolori neque spei nec timori sit aditus nec ulli rei quae deterius summi boni ius faciat; escendere autem illo sola virtus potest. Illius gradu clivus iste frangendus est; illa fortiter stabit et quidquid evenerit feret non patiens tantum sed etiam volens, omnemque temporum difficultatem sciet legem esse naturae et ut bonus miles feret vulnera, numerabit cicatrices, et transverberatus telis moriens amabit eum pro quo cadet

den vortrefflichsten Ursachen entstehen; denn diese Dinge sind zwar Güter, aber solche, die dem höchsten Gut folgen, nicht es vollenden. (3) Wer aber Tugend und Lust verbindet – und nicht einmal in gleichem Rang –, der schwächt durch die Zerbrechlichkeit des einen Gutes, was immer an Kraft im anderen ist, und schickt jene Freiheit, die dann erst unbesiegbar ist, wenn sie nichts Wertvolleres kennt als sich selbst, unters Joch. Denn – was die schlimmste Sklaverei ist – sie beginnt das Glück nötig zu haben; es folgt ein Leben voller Angst, Argwohn, Zittern, Furcht vor dem Zufall, in Spannung gehalten vom Wechsel der Umstände. (4) Kein starkes, unbewegliches Fundament gibst du der Tugend, sondern du lässt sie auf schwankendem Grund stehen; was aber ist so schwankend wie die Erwartung des Zufälligen und die Wandelbarkeit des Körpers und der Dinge, die auf den Körper einwirken? Wie kann einer Gott gehorchen, was immer geschieht, guten Mutes annehmen und – ein wohlwollender Deuter dessen, was ihm widerfährt – nicht über das Schicksal klagen, wenn er bei den kleinen Reizungen der Lüste und der Schmerzen erschüttert wird? Aber nicht einmal ein guter Schützer oder Retter des Vaterlandes ist er und auch kein Verteidiger seiner Freunde, wenn er sich nach den Lüsten ausrichtet. (5) Dorthin also soll das höchste Gut emporsteigen, von wo keine Gewalt es herabzieht, wohin weder Schmerz noch Hoffnung noch Furcht Zugang haben noch irgendeine andere Sache, die das Recht des höchsten Gutes einschränkt; dorthin emporzusteigen aber vermag allein die Tugend. Mit ihrem Schritt muss diese Anhöhe bezwungen werden; sie wird tapfer standhalten und, was immer geschieht, nicht nur geduldig, sondern auch gern ertragen und wissen, dass alle Schwierigkeit der Zeitläufte Naturgesetz ist, und wie ein guter Soldat ihre Wunden ertragen, ihre Narben zählen und, von Geschossen durchbohrt, noch im Tod den Feldherrn lieben, für den sie fällt; sie wird jene alte Vorschrift

imperatorem; habebit illud in animo vetus praeceptum: deum sequere. (6) Quisquis autem queritur et plorat et gemit, imperata facere vi cogitur et invitus rapitur ad iussa nihilominus. Quae autem dementia est potius trahi quam sequi! tam mehercules quam stultitia et ignoratio conditionis est suae dolere quod deest aliquid tibi aut incidit durius, aequae mirari aut indigne ferre ea quae tam bonis accidunt quam malis, morbos dico, funera, debilitates et cetera ex transverso in vitam humanam incurrentia. (7) Quidquid ex universi constitutione patiendum est, magno suscipiatur animo: ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia nec perturbari iis quae vitare non est nostrae potestatis. In regno nati sumus: deo parere libertas est.

16 (1) Ergo in virtute posita est vera felicitas. Quid haec tibi virtus suadebit? ne quid aut bonum aut malum existimes quod nec virtute nec malitia continget; deinde ut sis immobilis et contra malum (et) ex bono, ut qua fas est deum effingas. (2) Quid tibi pro hac expeditione promittit? ingentia et aequa divinis: nihil cogaris, nullo indigebis, liber eris, tutus indemnis; nihil frustra temptabis, nihil prohibebers; omnia tibi ex sententia cedent, nihil adversum accidet, nihil contra opinionem ac voluntatem. (3) 'Quid ergo? virtus ad beate vivendum sufficit?' Perfecta illa et divina quidni sufficiat, immo superfluat? Quid enim

im Herzen bewahren: Folge Gott! (6) Wer immer aber klagt und jammert und seufzt, wird mit Gewalt gezwungen, das Befohlene zu tun, und gegen seinen Willen nichtsdestoweniger zu dem, was ihm auferlegt ist, hingeschleppt. Was für ein Wahnsinn aber ist es, lieber gezogen zu werden als zu folgen! Ebenso, beim Herkules, wie es Torheit und Unkenntnis der eigenen Situation ist, Schmerz zu empfinden, weil dir etwas fehlt oder etwas Härteres zustößt, und in gleicher Weise, sich zu verwundern oder entrüstet zu sein über das, was Guten wie Schlechten geschieht: Krankheiten meine ich, Todesfälle, Gebrechen und was sonst dem menschlichen Leben unerwartet zustößt. (7) Was immer aufgrund der Beschaffenheit der Welt erduldet werden muss, nehme man erhabenen Sinnes auf sich. Auf diesen Fahneneid sind wir eingeschworen worden: das, was uns als Sterblichen zukommt, zu ertragen und sich nicht durch das verwirren zu lassen, was zu vermeiden nicht in unserer Macht steht. In einem Königreich sind wir geboren: Gott gehorchen ist Freiheit.

16 (1) Auf der Tugend also beruht die wahre Glückseligkeit. Was wird dir diese Tugend raten? Dass du nichts für ein Gut oder Übel hältst, was dir nicht aufgrund von Tugend oder Schlechtigkeit zuteilwird; sodann, dass du unerschütterlich gegen das Übel und aufseiten des Guten stehst, dass du, soweit es recht ist, Gott ähnlich zu werden versuchst. (2) Was verspricht sie dir für diese Unternehmung? Gewaltiges und Göttlichem Vergleichbares: Zu nichts wirst du gezwungen werden, nichts wirst du nötig haben, frei wirst du sein, sicher, unverletzlich; nichts wirst du vergeblich in Angriff nehmen, an nichts wirst du gehindert werden; alles wird dir nach Wunsch vonstattengehen, nichts Widriges wird sich ereignen, nichts gegen deine Erwartung und deinen Willen. (3) »Wie also? Die Tugend ist zum glücklichen Leben genug?« Warum sollte sie, vollkommen und göttlich, wie sie ist, nicht genug, ja sogar mehr als genug sein? Denn was kann demjenigen fehlen,

deesse potest extra desiderium omnium posito? Quid extrinsecus opus est ei qui omnia sua in se collegit? Sed ei qui ad virtutem tendit, etiam si multum processit, opus est aliqua fortunae indulgentia adhuc inter humana luctanti, dum nodum illum exsoluit et omne vinculum mortale. Quid ergo interest? quod arte alligati sunt alii, adstricti [alii], districti quoque: hic qui ad superiora progressus est et se altius extulit laxam catenam trahit, nondum liber, iam tamen pro libero.

17 (1) Si quis itaque ex istis qui philosophiam conlatrant quod solent dixerit: 'quare ergo tu fortius loqueris quam vivis? Quare et superiori verba summittis et pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas et damno moveris et lacrimas audita coniugis aut amici morte demittis et respicis famam et malignis sermonibus tangeris? (2) Quare cultius rus tibi est quam naturalis usus desiderat? Cur non ad praescriptum tuum cenas? Cur tibi nitidior supellex est? Cur apud te vinum aetate tua vetustius bibitur? Cur aurum disponitur? Cur arbores nihil praeter umbram daturae conseruntur? Quare uxor tua locupletis domus censum auribus gerit? Quare paedagogium pretiosa veste succingitur? Quare ars est apud te ministrare nec temere et ut libet conlocatur argentum sed perite struitur et est aliquis scindendi obsonii magister?' Adice si vis: 'cur trans mare

der sich außerhalb allen Verlangens gestellt hat? Was kann derjenige von außen benötigen, der das Seine ganz in sich gesammelt hat? Wer aber nach der Tugend erst strebt, hat, auch wenn er schon weit fortgeschritten ist, ein gewisses Maß an Nachsicht vonseiten des Schicksals nötig, da er immer noch im menschlichen Bereich ringt, bis er jenen Knoten gelöst hat und jede Fessel des sterblichen Daseins. Was für ein Unterschied besteht also? Dass die anderen eng angebunden sind, festgeschnürt, auch auf die Folter gespannt; derjenige aber, der zu den oberen Regionen fortgeschritten ist und sich höher erhoben hat, nur eine lose Kette mit sich schleppt, noch nicht frei, aber doch schon so gut wie frei.

17 (1) Wenn daher einer von denen, die die Philosophie anklaffen, sagen sollte, was sie üblicherweise sagen: »Warum also redest du tapferer, als du lebst? Warum gibst du dich gegenüber einem Höherstehenden unterwürfig, hältst Geld für ein dir unentbehrliches Hilfsmittel, lässt dich durch einen Verlust erschüttern, vergießt Tränen, wenn du vom Tod der Gattin oder eines Freundes hörst, nimmst auf deinen Ruf Rücksicht und lässt dich von böswilligem Gerede berühren? (2) Warum hast du Land, das besser bestellt ist, als eine natürliche Nutzung es verlangt? Warum speist du nicht nach deiner Vorschrift? Warum hast du allzu glänzenden Hausrat? Warum wird bei dir Wein getrunken, der älter ist als du? Warum wird in deinem Atrium Gold zur Schau gestellt? Warum werden Bäume gepflanzt, nur um Schatten zu spenden? Warum trägt deine Gattin das Vermögen eines reichen Hauses an den Ohren? Warum kleiden sich deine jungen Bediensteten in kostbare Gewänder? Warum ist es eine Kunst, bei dir aufzuwarten, und wird das Silber nicht aufs Geratewohl und nach Belieben aufgelegt, sondern kunstgemäß angeordnet, und warum gibt es eigens einen Zerlegemeister für die Zukost?« Füge, wenn du willst, hinzu: »Warum hast du Besitzungen jenseits des Meeres? Warum mehr, als

possides? Cur plura quam nosti? (Cur) turpiter aut tam negligens es ut non noveris pauculos servos aut tam luxuriosus ut plures habeas quam quorum notitiae memoria sufficiat?’ (3) Adiuvabo postmodo convicia et plura mihi quam putas obiciam, nunc hoc respondeo tibi: non sum sapiens et, ut malivolentiam tuam pascam, nec ero. Exige itaque a me, non ut optimis par sim, sed ut malis melior: hoc mihi satis est, cotidie aliquid ex vitiis meis demere et errores meos obiurgare. (4) Non perveni ad sanitatem, ne perveniam quidem; delinimenta magis quam remedia podagrae meae compono, contentus si rarius accedit et si minus verminatur: vestris quidem pedibus comparatus, debiles, cursor sum. Haec non pro me loquor – ego enim in alto vitiorum omnium sum – sed pro illo cui aliquid acti est.

18 (1) ‘Aliter’ inquis ‘loqueris, aliter vivis.’ Hoc, malignissima capita et optimo cuique inimicissima, Platoni obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni; omnes enim isti dicebant non quemadmodum ipsi viverent, sed quemadmodum esset (et) ipsis vivendum. De virtute, non de me loquor, et cum vitiis convicium facio, in primis meis facio: cum potuero, vivam quomodo oportet. (2) Nec malignitas me ista multo veneno tincta deterrebit ab optimis; ne virus quidem istud quo alios spargitis, quo vos necatis, me impedit quominus perseverem laudare vitam non quam ago sed quam agendam scio, quominus virtutem

du weißt? Warum bist du schändlicher Weise entweder so nachlässig, dass du deine wenigen Sklaven nicht kennst, oder so verschwendungssüchtig, dass du mehr hast, als dass dein Gedächtnis ausreichen würde, sie zu kennen?» (3) Ich werde später deine Scheltreden unterstützen und mir mehr vorwerfen, als du ahnst, jetzt gebe ich dir dies zur Antwort: Ich bin nicht weise, und – um deine Missgunst noch zu nähren – ich werde es auch nicht sein. Fordere von mir daher nicht, dass ich den Besten gleich, sondern dass ich besser als die Schlechten sei. Dies ist mir genug: täglich etwas von meinen Fehlern wegzunehmen und meine Irrtümer zu tadeln. (4) Noch bin ich nicht zur Gesundheit gelangt, ja, ich werde nicht einmal dorthin gelangen; ich stelle eher Linderungs- als Heilmittel für meine Gicht zusammen, zufrieden, wenn sie seltener auftritt und wenn sie weniger sticht: Mit euren Füßen verglichen, ihr Krüppel, bin ich freilich ein Schnellläufer. Dies sage ich nicht im eigenen Namen – ich stecke nämlich noch tief in allen Lastern –, sondern im Namen dessen, der schon etwas erreicht hat.

18 (1) »Auf eine Weise«, sagst du, »sprichst du, auf eine andere lebst du.« Ihr böswilligen, gerade den Besten am feindlichsten gesonnenen Köpfe, dies wurde Platon vorgeworfen, vorgeworfen wurde es Epikur, vorgeworfen Zeno; denn sie alle sprachen nicht davon, wie sie selbst lebten, sondern wie auch sie selbst leben müssten. Über die Tugend, nicht über mich spreche ich, und wenn ich gegen die Laster Scheltreden führe, dann führe ich sie besonders gegen meine eigenen: Sobald ich es vermag, werde ich leben, wie es sich gehört. (2) Auch diese mit viel Gift getränkte Bosheit wird mich nicht vom Besten abschrecken; nicht einmal der giftige Schleim, mit dem ihr andere bespritzt, euch aber tötet, wird mich daran hindern, dass ich fortfahre, das Leben – nicht das ich führe, sondern das man nach meinem Wissen führen muss – zu preisen, dass ich die Tugend an bete und ihr – in ungeheu-

adorem et ex intervallo ingenti reptabundus sequar. (3) Expectabo scilicet ut quicquam malivolentiae inviolatum sit, cui sacer nec Rutilius fuit nec Cato? Curet aliquis an istis nimis dives videatur quibus Demetrius Cynicus parum pauper est? Virum acerrimum et contra omnia naturae desideria pugnantem, hoc pauperiorem quam ceteros Cynicos quod, cum sibi interdixerit habere, interdixit et poscere, negant satis egere. Vides enim: non virtutis scientiam sed egestatis professus est. 19 (1) Diodorum, Epicureum philosophum, qui intra paucos dies finem vitae suae manu sua inposuit, negant ex decreto Epicuri fecisse quod sibi gulam praesequit: alii dementiam videri volunt factum hoc eius, alii temeritatem. Ille interim beatus ac plenus bona conscientia reddidit sibi testimonium vita excedens laudavitque aetatis in portu et ad ancoram actae quietem et dixit quod vos inviti audistis, quasi vobis quoque faciendum sit:

vixi et quem dederat cursum fortuna peregi.

(2) De alterius vita, de alterius morte disputatis et ad nomen magnorum ob aliquam eximiam laudem virorum, sicut ad occursum ignotorum hominum minuti canes, latratis; expedit enim vobis neminem videri bonum, quasi aliena virtus exprobratio delictorum vestrorum sit. Invidi splendida cum sordibus vestris confertis nec intellegitis quanto id vestro detrimento audeatis. Nam si illi qui virtutem sequuntur avari libidinosi ambitiosique sunt, quid vos estis quibus ipsum nomen virtutis odio est?

rem Abstand – hinterherkrieche. (3) Sollte ich wirklich erwarten, dass irgendetwas von der Missgunst verschont bleibt, der weder Rutilius<sup>10</sup> heilig war noch Cato<sup>11</sup>? Dürfte sich wohl irgendjemand darum kümmern, ob er denjenigen zu reich erscheint, denen der Kyniker Demetrius<sup>12</sup> zu wenig arm ist? Von dem leidenschaftlich strengen und gegen alle natürlichen Bedürfnisse ankämpfenden Mann, der dadurch noch ärmer als die übrigen Kyniker ist, dass er sich, weil er sich untersagt hat zu besitzen, auch untersagt hat zu verlangen, behaupten sie, er sei nicht arm genug. Du siehst nämlich: Nicht die Kenntnis der Tugend, sondern die der Armut hat er gelehrt. 19 (1) Von Diodor, dem epikureischen Philosophen,<sup>13</sup> der innerhalb weniger Tage seinem Leben mit eigener Hand ein Ende setzte, behaupten sie, er habe damit, dass er sich die Kehle durchschnitt, nicht nach der Vorschrift Epikurs gehandelt: Die einen wollen diese seine Tat als einen Akt des Wahnsinns angesehen wissen, die anderen als Unüberlegtheit. Er indessen hat, glücklich und voll guten Gewissens, aus dem Leben scheidend Zeugnis für sich abgelegt, hat die Ruhe eines in den Hafen eingelaufenen und vor Anker gegangenen Lebens gepriesen und gesagt, was ihr ungern hört, gleich als ob ihr dasselbe tun müsstet: ›Ich habe gelebt und die Bahn, die mir das Schicksal gab, vollendet.‹<sup>14</sup> (2) Über das Leben des einen, den Tod des anderen disputiert ihr, und wenn der Name von Männern fällt, die aufgrund irgendeiner Ruhmestat groß sind, dann kläfft ihr wie kleine Hunde, wenn sie auf unbekannte Menschen treffen; denn es kommt euch zustatten, dass niemand gut scheint, gleich als ob fremder Tugend Anprangerung euer Vergehen sei. Neidisch vergleicht ihr Glanzvolles mit eurem Schmutz und seht nicht, zu welchem großem eigenen Schaden ihr das wagt. Denn wenn diejenigen, die der Tugend folgen, habgierig, lüstern und ehrgeizig sind, was seid dann ihr, denen schon der bloße Name der Tugend verhasst ist?

(3) Negatis quemquam praestare quae loquitur nec ad exemplar orationis suae vivere: quid mirum, cum loquantur fortia ingentia, omnis humanas tempestates evadentia? Cum refrigere se crucibus conentur – in quas unusquisque vestrum clavos suos ipse adigit – ad supplicium tamen acti stipitibus singulis pendent: hi qui in se ipsi animum advertunt quot cupiditatibus tot crucibus distrahuntur. At maledici, in alienam contumeliam venusti sunt. (Non) crederem illis hoc vacare, nisi quidam ex patibulo suo spectatores conspuerent.

20 (1) 'Non praestant philosophi quae loquuntur.' Multum tamen praestant quod loquuntur, quod honesta mente concipiunt. Utinam quidem et paria dictis agerent: quid esset illis beatius? Interim non est quod contemnas bona verba et bonis cogitationibus plena praecordia: studiorum salutarium etiam citra effectum laudanda tractatio est. (2) Quid mirum, si non escendunt in altum ardua adgressi? Sed si vir es, suspice, etiam si decidunt, magna conantis. Generosa res est respicientem non ad suas sed ad naturae suae vires conari alta temptare et mente maiora concipere quam quae etiam ingenti animo adornatis effici possunt. (3) Qui sibi hoc proposuit: 'ego mortem eodem vultu quo audiam videbo. Ego laboribus, quanticumque illi erunt, parebo, animo fulciens corpus. Ego divitias et praesentis et absentis aequae contemnam, nec si aliubi iacebunt tristior,

(3) Ihr behauptet, dass keiner leiste, was er sagt, und nach dem Muster seiner Rede lebe: Was Wunder, da sie Tapferes sagen, Ungeheures, über alle Stürme des menschlichen Lebens sich Erhebendes? Da sie sich von den Marterhölzern zu lösen versuchen – in die ein jeder von euch seine Nägel selbst einschlägt –, hängen sie, wenn sie dennoch zur Hinrichtung geführt werden, nur an jeweils einem Pfahl; diejenigen dagegen, die sich selbst strafen, werden von ebenso vielen Marterhölzern wie Begierden auseinandergerissen.<sup>15</sup> Dennoch lästern sie und sind zur Schmähung anderer geistreich. Ich würde ja nicht glauben, dass ihnen dies freisteht, wenn nicht manche von ihrem Marterholz aus auch noch die Zuschauer anspien.

20 (1) »Nicht leisten die Philosophen, was sie sagen.« Gleichwohl leisten sie schon damit viel, dass sie sprechen, dass sie die Sittlichkeit in Begriffe fassen. Denn wenn sie auch noch ihren Worten Entsprechendes täten – was wäre glücklicher als sie? Einstweilen gibt es keinen Grund, dass du gute Worte und von guten Gedanken erfüllte Herzen verachtest: Das Betreiben heilbringender Studien ist auch vor dem Erfolg schon lobenswert. (2) Was Wunder, wenn diejenigen nicht auf die Höhe hinaufgelangen, die Steiles in Angriff genommen haben? Aber wenn du ein Mann bist, schau zu denen auf, die Großes versuchen – auch wenn sie stürzen. Etwas Edles ist es – den Blick auf die Kräfte nicht der eigenen Person, sondern der eigenen Natur gerichtet –, einen Versuch zu wagen, Erhabenes in Angriff zu nehmen, im Geist größere Pläne zu fassen, als selbst mit gewaltiger Seelenstärke ausgestattete Menschen verwirklichen können. (3) Wer sich dies vorgenommen hat: »Ich werde den Tod mit derselben Miene sehen, mit der ich von ihm höre. Ich werde mich den Strapazen, wie groß auch immer sie sein werden, unterziehen, indem ich den Körper mit der Seele stütze. Ich werde den Reichtum, ob er da ist oder nicht, in gleicher Weise verachten, weder niedergeschlagener, wenn er anderswo liegt, noch höher

nec si circa me fulgebunt animosior. Ego fortunam nec venientem sentiam nec recedentem. Ego terras omnis tamquam meas videbo, meas tamquam omnium. Ego sic vivam quasi sciam aliis esse me natum et naturae rerum hoc nomine gratias agam: quo enim melius genere negotium meum agere potuit? unum me donavit omnibus, uni mihi omnis. (4) Quidquid habebō nec sordide custodiam nec prodige spargam; nihil magis possidere me credam quam bene donata. Non numero nec pondere beneficia nec ulla nisi accipientis aestimatione perpendam; numquam id mihi multum erit quod dignus accipiet. Nihil opinionis causa, omnia conscientiae faciam. Populo spectante fieri credam quidquid me conscio faciam. (5) Edendi mihi erit bibendique finis desideria naturae restinguere, non implere alvum et exinanire. Ero amicis iucundus, inimicis mitis et facilis. Exorabor antequam roger, et honestis precibus occurram. Patriam meam esse mundum sciam et praesides deos, hos supra me circaque me stare factorum dictorumque censores. Quandoque aut natura spiritum repetet aut ratio dimittet, testatus exhibo bonam me conscientiam amasse, bona studia, nullius per me libertatem deminutam, minime meam' – qui haec facere proponet, volet, temptabit, ad deos iter faciet, ne ille, etiam si non tenuerit,

magnis tamen excidit ausis.

gestimmt, wenn er rings um mich her erglänzt. Ich werde das Glück weder wenn es kommt noch wenn es geht wahrnehmen. Ich werde alle Länder als mir, meine als allen gehörig ansehen. Ich werde so leben, als ob ich wüsste, dass ich für die anderen geboren bin, und ich werde der Natur dafür Dank sagen: denn auf welche Weise hätte sie mein Geschäft besser besorgen können? Mich Einzelnen hat sie allen gegeben, mir Einzelnem alle. (4) Was immer ich besitzen werde, werde ich weder geizig hüten noch verschwenderisch austeilen; nichts werde ich in höherem Maße zu besitzen glauben als das auf rechte Weise Verschenkte. Nicht nach Zahl noch nach Gewicht noch nach irgendeiner Einschätzung außer der des Empfangenden werde ich meine Wohltaten abwägen; niemals wird das für mich viel sein, was ein Würdiger empfängt. Nichts werde ich um meines Rufes, alles um meines Gewissens willen tun. Ich werde glauben, dass vor den Augen des Volkes geschieht, was immer ich mit meinem Wissen tue. (5) Zweck des Essens und Trinkens wird es für mich sein, die natürlichen Bedürfnisse zu befriedigen, nicht den Bauch zu füllen und zu leeren. Ich werde zu meinen Freunden liebenswürdig, gegenüber meinen Feinden mild und nachsichtig sein. Ich werde mich erbitten lassen, bevor ich gebeten werde, und ehrenhaften Bitten zuvorkommen. Ich werde wissen, dass mein Vaterland die Welt ist und seine Lenker die Götter und dass diese über mir und um mich stehen als Zensoren meiner Taten und Worte. Und wenn entweder die Natur den Lebensatem zurückfordern oder die Vernunft ihn entlassen wird, werde ich mit der Erklärung aus dem Leben scheiden, dass ich das gute Gewissen geliebt habe und die rechten Bestrebungen, dass niemandes Freiheit durch mich geschmälert worden ist, am wenigsten die meine« – wer sich vornimmt, dies zu tun, wer es will, es versucht, der wird den Weg zu den Göttern gehen, ja, der ist, auch wenn er nicht durchhält, doch bei einem großen Unterfangen gescheitert.«<sup>16</sup>

(6) Vos quidem, quod virtutem cultoremque eius odistis, nihil novi facitis. Nam et solem lumina aegra formidant et aversantur diem splendidum nocturna animalia, quae ad primum eius ortum stupent et latibula sua passim petunt, abduntur in aliquas rimas timida lucis. Gemite et infelicem linguam bonorum exercete convicio, hiate commordete: citius multo frangetis dentes quam inprimetis.

21 (1) 'Quare ille philosophiae studiosus est et tam dives vitam agit? Quare opes contemnendas dicit et habet, vitam contemnendam putat et tamen vivit, valetudinem contemnendam, et tamen illam diligentissime tuetur atque optimam mavult? Et exilium vanum nomen putat et ait "quid enim est mali mutare regiones?" et tamen, si licet, senescit in patria? Et inter longius tempus et brevius nihil interesse iudicat, tamen, si nihil prohibet, extendit aetatem et in multa senectute placidus viret?' (2) Ait ista debere contemni, non ne habeat, sed ne sollicitus habeat; non abigit illa a se, sed abeuntia securus prosequitur. Divitias quidem ubi tutius fortuna deponet quam ibi unde sine querella reddentis receptura est? (3) M. Cato cum laudaret Curium et Coruncanium et illud saeculum in quo censorium crimen erat paucae argenti lamellae possidebat ipse quadragies sestertium, minus sine dubio quam Crassus, plus quam censorius Cato. Maiore spatio, si compararentur, proavum vicerat quam a Crasso vinceretur, et, si maiores

(6) Ihr freilich tut damit, dass ihr die Tugend und ihre Verehrer hasst, nichts Neues. Denn kranke Augen fürchten die Sonne, und Nachttiere wenden sich von der Helle des Tages ab; sie erstarren bei seinem ersten Anbruch und suchen überall ihre Schlupfwinkel auf, verbergen sich in irgendwelchen Spalten aus Furcht vor dem Licht. Knurrt nur und übt eure unselige Zunge in der Schmähung der Guten, reißt den Rachen auf, beißt zu; viel eher werdet ihr eure Zähne abbrechen als sie einpressen.

21 (1) »Warum ist jener ein Anhänger der Philosophie und führt ein Leben in solchem Reichtum? Warum sagt er, man müsse Schätze verachten, und besitzt sie, glaubt, man müsse das Leben verachten, und lebt trotzdem, meint, man müsse die Gesundheit verachten, und schützt sie dennoch auf das Sorgfältigste und wünscht sie sich möglichst gut? Er achtet Verbannung für ein leeres Wort und sagt: ›Was ist Schlimmes daran, die Gegend zu wechseln?‹, und doch wird er, wenn möglich, im Vaterland alt? Er ist der Ansicht, dass zwischen einer längeren und einer kürzeren Zeit kein Unterschied bestehe, doch dehnt er, wenn ihn nichts hindert, seine Lebenszeit aus, und es behagt ihm, in hohem Alter noch gut bei Kräften zu sein?« (2) Er sagt, dass man diese Dinge verachten müsse, nicht, um sie nicht zu haben, sondern um sie ohne innere Unruhe zu haben; er jagt sie nicht von sich, aber wenn sie weggehen, gibt er ihnen ohne Kummer das Geleit. Reichtum freilich, wo wird ihn das Schicksal sicherer hinterlegen als dort, woher es ihn ohne Klage dessen, der ihn zurückgibt, zurückerhalten wird? (3) Als M. Cato<sup>17</sup> den Curius<sup>18</sup> lobte und den Coruncanus<sup>19</sup> und jenes Zeitalter, da wenige Plättchen Silber dem Zensor Anlass zur Rüge boten,<sup>20</sup> besaß er selbst vier Millionen Sesterzen: zweifellos weniger als Crassus,<sup>21</sup> doch mehr als Cato Censorius<sup>22</sup>. Mit größerem Abstand – wenn man sie vergleichen würde – hatte er den Ahn besiegt, als er von Crassus besiegt wurde, und wenn größerer Reichtum sich ihm angeboten hätte, so

illi obvenissent opes, non sprevisset. (4) Nec enim se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis putat: non amat divitias sed mavult; non in animum illas sed in domum recipit, nec respuit possessas sed continet, et maiorem virtuti suae materiam subministrari vult. 22 (1) Quid autem dubii est quin haec maior materia sapienti viro sit animum explicandi suum in divitiis quam in paupertate, cum in hac unum genus virtutis sit non inclinari nec deprimi, in divitiis et temperantia et liberalitas et diligentia et dispositio et magnificentia campum habeat patentem? (2) Non contemnet se sapiens, etiam si fuerit minimae staturae, esse tamen se procerum volet. Et exilis corpore aut amisso oculo valebit, malet tamen sibi esse corporis robur, et hoc ita ut sciat esse aliud in se valentius; malam valetudinem tolerabit, bonam optabit. (3) Quaedam enim, etiam si in summam rei parva sunt [ait] et subduci sine ruina principalis boni possunt, adiciunt tamen aliquid ad perpetuam laetitiam et ex virtute nascentem: sic illum adficiunt divitiae et exhilarant ut navigantem secundus et ferens ventus, ut dies bonus et in bruma ac frigore apricus locus. (4) Quis porro sapientium – nostrorum dico, quibus unum est bonum virtus – negat etiam haec quae indifferentia vocamus habere aliquid in se pretii et alia aliis esse potiora? Quibusdam ex iis tribuitur aliquid honoris, quibusdam multum; ne er-

hätte er ihn nicht verschmäht. (4) Denn der Weise hält sich nicht irgendwelcher Gaben des Zufalls für unwürdig: Er liebt den Reichtum nicht, aber er zieht ihn vor; er nimmt ihn nicht in seine Seele, aber in sein Haus auf; und er verschmäht es nicht, ihn zu besitzen, sondern hält ihn zusammen und wünscht, dass seiner Tugend noch größere Mittel an die Hand gegeben werden. 22 (1) Was für einen Zweifel aber gibt es, dass dem weisen Mann im Reichtum größere Mittel, um seine Seele zu entfalten, zur Verfügung stehen als in der Armut, da in dieser die einzig mögliche Art von Tugend ist, sich nicht zu beugen und nicht niederdrücken zu lassen, im Reichtum dagegen Mäßigung, Freigebigkeit, Sorgfalt, Organisationsvermögen und Großzügigkeit ein weites Feld haben? (2) Nicht wird der Weise sich verachten, auch wenn er von sehr kleinem Wuchs ist; gleichwohl wird er wünschen, hochgewachsen zu sein. Auch körperlich schwach oder nach Verlust eines Auges wird er sich wohl befinden; dennoch wird er es vorziehen, körperliche Robustheit zu besitzen: dies freilich in dem Bewusstsein, dass etwas anderes in ihm noch stärker ist; schlechte Gesundheit wird er ertragen, gute sich wünschen. (3) Bestimmte Dinge nämlich, auch wenn sie im Hinblick auf das Ganze geringfügig sind und entzogen werden können, ohne dass das vornehmste Gut dadurch zusammenstürzt, tragen dennoch etwas zu der beständigen Fröhlichkeit bei, die aus der Tugend entsteht: So berührt Reichtum jenen und stimmt ihn heiter, wie den Schiffsreisenden ein günstiger Fahrtwind, wie ein schöner Tag und in der Kälte des Winters ein sonniger Platz. (4) Ferner: Wer von den Weisen – von unseren, meine ich, für die das einzige Gut die Tugend ist – leugnet, dass auch die Dinge, die wir gleichgültig nennen, einen bestimmten Wert in sich tragen und die einen den anderen vorzuziehen sind? Manchen unter ihnen wird ein gewisses Maß an Wertschätzung zuteil, manchen ein hohes; damit dir also kein Irrtum unterläuft: Reichtum gehört zu den Dingen,

res itaque, inter potiora divitiae sunt. (5) 'Quid ergo' inquis 'me derides, cum eundem apud te locum habeant quem apud me?' Vis scire quam non eundem habeant locum? mihi divitiae si effluerint, nihil auferent nisi semet ipsas, tu stupebis et videberis tibi sine te relictus, si illae a te recesserint; apud me divitiae aliquem locum habent, apud te summum; ad postremum divitiae meae sunt, tu divitiarum es.

23 (1) Desine ergo philosophis pecunia interdicare: nemo sapientiam paupertate damnavit. Habebit philosophus amplas opes, sed nulli detractas nec alieno sanguine cruentas, sine cuiusquam iniuria partas, sine sordidis quaestibus, quarum tam honestus sit exitus quam introitus, quibus nemo ingemescat nisi malignus. In quantum vis exaggera illas: honestae sunt in quibus, cum multa sint quae sua quisque dici velit, nihil est quod quisquam suum possit dicere. (2) Ille vero fortunae benignitatem a se non summovebit et patrimonio per honesta quaesito nec gloriabitur nec erubescet. Habebit tamen etiam quo gloriatur, si aperta domo et admissa in res suas civitate poterit dicere 'quod quisque agnoverit tollat.' O magnum virum, (o) optime divitem, si post hanc vocem tantundem habuerit! Ita dico: si tuto et securus scrutationem populo praebuerit, si nihil quisquam apud illum invenerit quoui manus iniciat, audaciter et propalam erit dives. (3) Sapiens nullum denarium intra limen suum admittet male intrantem; idem magnas

die vorzuziehen sind. (5) »Warum also«, sagst du, »verlachst du mich, da er doch bei dir denselben Rang einnimmt wie bei mir?« Du willst wissen, inwieweit er nicht denselben Rang einnimmt? Wenn sich der Reichtum mir entzieht, wird er nichts wegtragen außer sich selbst, du hingegen wirst betreten staunen und dir wie ohne dich selbst zurückgelassen vorkommen, wenn er sich von dir zurückgezogen hat; bei mir nimmt der Reichtum irgendeinen Rang ein, bei dir den höchsten; schließlich und endlich: Der Reichtum gehört mir, du aber gehörst dem Reichtum.

23 (1) Lass also davon ab, den Philosophen das Geld zu verbieten: Niemand hat die Weisheit zur Armut verurteilt. Es wird der Philosoph großen Reichtum besitzen, aber solchen, der niemandem entrissen und nicht von fremdem Blut befleckt ist, der ohne Unrecht gegen irgendjemanden und ohne schmutzige Geschäfte erworben ist, dessen Ausgang so ehrenhaft sein wird wie sein Eingang, über den niemand seufzen wird – außer den Böswilligen. Vermehre ihn, so sehr du willst: Er ist ehrenwert, sofern darunter zwar vieles ist, was ein jeder sein Eigen genannt wissen möchte, aber nichts, was irgendeiner tatsächlich sein Eigen nennen könnte. (2) Jener aber wird die Güte des Schicksals nicht von sich weisen und sich eines auf anständige Weise erworbenen Vermögens weder rühmen noch schämen. Dennoch wird er auch etwas besitzen, dessen er sich rühmen darf, wenn er sein Haus öffnen, der Bürgerschaft Zutritt zu seinem Besitz gestatten und sagen kann: »Was ein jeder als sein Eigentum erkennt, nehme er mit sich.« Ein großer Mann, ein auf vorzügliche Weise reicher Mann, wenn er nach diesem Aufruf noch ebenso viel besitzt! Dies sage ich: Wenn er dem Volk gefahrlos und unbesorgt die Durchsuchung erlaubt hat, wenn keiner bei ihm etwas gefunden hat, das er beanspruchen könnte, dann darf er kühn und vor aller Welt reich sein. (3) Der Weise wird keinen Denar über seine Schwelle lassen, der auf üble Weise ein-

opes, munus fortunae fructumque virtutis, non repudiabit nec excludet. Quid enim est quare illis bono loco invidet? veniant, hospitentur. Nec iactabit illas nec abscondet – alterum infruniti animi est, alterum timidi et pusilli, velut magnum bonum intra sinum continentis – nec, ut dixi, eiciet illas e domo. (4) Quid enim dicet? utrumne ‘inutiles estis’ an ‘ego uti divitiis nescio’? Quemadmodum etiam pedibus suis poterit iter conficere, escendere tamen vehiculum malet, sic pauper [si] poterit esse, dives volet. Habebit itaque opes, sed tamquam leves et avolaturas, nec ulli alii eas nec sibi graves esse patietur.

(5) Donabit – quid erexistis aures, quid expeditis sinum? – donabit aut bonis aut eis quos facere poterit bonos, donabit cum summo consilio dignissimos eligens, ut qui meminerit tam expensorum quam acceptorum rationem esse reddendam, donabit ex recta et probabili causa, nam inter turpes iacturas malum munus est; habebit sinum facilem, non perforatum, ex quo multa exeant et nihil excidat. **24** (1) Errat si quis existimat facilem rem esse donare: plurimum ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu et impetu spargitur. Hunc promereor, illi reddo; huic succurro, huius misereor; illum instruo dignum quem non deducat paupertas nec occupatum teneat;

tritt; doch zugleich wird er große Schätze – Geschenk des Schicksals und Ertrag seiner Tugend – nicht zurückweisen und nicht ausschließen. Denn was für einen Grund gibt es, dass er ihnen einen guten Platz neiden sollte? Sie sollen kommen, sie sollen als Gäste einkehren. Weder wird er sich mit ihnen brüsten noch sie verbergen – das eine ist das Verhalten einer einfältigen Seele, das andere das einer furchtsamen und kleinlichen, gleichsam einer, die ein großes Gut im Gewand versteckt hält –, noch, wie ich bereits gesagt habe, wird er sie aus dem Haus werfen. (4) Was nämlich wird er sagen? Etwa »Ihr seid unnütz« oder »Ich weiß Reichtum nicht zu gebrauchen«? Wie er auch auf eigenen Füßen einen Weg zurücklegen kann und dennoch lieber auf den Wagen steigen wird, so wird er arm sein können, aber reich sein wollen. Er wird daher Schätze besitzen, aber als etwas Unverlässliches und Flüchtliges, und er wird weder zulassen, dass sie irgendeinem anderen, noch, dass sie ihm selbst beschwerlich sind.

(5) Schenken wird er – warum spitzt ihr die Ohren, warum öffnet ihr eure Taschen? –, schenken wird er entweder Guten oder solchen, die er gut machen kann; schenken wird er, indem er mit gründlichster Überlegung die Würdigsten auswählt, da ihm bewusst ist, dass man über Ausgaben wie über Einnahmen Rechenschaft geben muss; schenken wird er aus rechtem und billigem Grund, denn ein schlechtes Geschenk zählt zu den schändlichen Verlusten; er wird eine Tasche haben, die sich leicht öffnet, aber nicht löchrig ist, aus der vieles herausgeht und nichts herausfällt. 24 (1) Wenn einer glaubt, Schenken sei eine leichte Sache, so irrt er: Diese Sache enthält ein Höchstmaß an Schwierigkeit, wenn denn mit Überlegung zugeteilt, nicht nach Zufall und plötzlicher Neigung verschleudert wird. Um diesen mache ich mich verdient, jenem vergelte ich; diesem komme ich zu Hilfe, dessen erbarme ich mich; jenen statte ich aus, weil er es wert ist, dass ihn die Armut nicht auf Abwege bringt noch in ihrem Bann hält;

quibusdam non dabo quamvis desit, quia etiam si dedero erit defuturum; quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo. Non possum in hac re esse negligens; numquam magis nomina facio quam cum dono. (2) 'Quid? tu' inquis 'recepturus donas?' Immo non perditurus: eo loco sit donatio unde repeti non debeat, reddi possit. Beneficium conlocetur quemadmodum thesaurus alte obrutus, quem non eruas nisi fuerit necesse. (3) Quid? domus ipsa divitis viri quantam habet bene faciendi materiam! Quis enim liberalitatem tantum ad togatos vocat? hominibus prodesse natura me iubet. Servi liberine sint hi, ingenui an libertini, iustae libertatis an inter amicos datae, quid refert? ubicumque homo est, ibi benefici locus est. Potest itaque pecunia etiam intra limen suum diffundi et liberalitatem exercere, quae non quia liberis debetur sed quia a libero animo proficiscitur ita nominata est. Haec apud sapientem nec umquam in turpes indignosque inpingitur nec umquam ita defetigata errat ut non, quotiens dignum invenerit, quasi ex pleno fluat.

